

per Ias. & Ripa in dict. s. duo fratres, & eam vide etiam in colle. mea commu. opi. in verb. Emphyteuta, num. 8. vbi dixi haeredes tamen emphyteutae haud posse inter se res emphyteuticas diuidere irrequisito domino. Et quando possint alienari, vide per Alex. conf. 73. vol. 2. sed nunquid em-

sito, vt dicit Bart. in loco pra. allegato, & est communis opinio, vt dicit Iason in dicto s. duo fratres, numero 77. Gozad. consilio vigesimo, numero nono. Cum enim dominus directi illos omnes habeat pro Emphyteutis respectu ipsius non dicitur alienatio, ex quo non transfertur in personam,

in qua opus sit noua recognitione, neque ipsius interest, apud quem eorum res ipsa reperitur, cum propterea illi, qui alienant, non desinant esse in solidum obligati versus ipsum dominum pro ipsa emphyteusi, prout erant ante alienationem, seu diuisionem.

phyteuta possit donare irrequisito domino, vel locare ad longum tempus? vide per Alex. in consil. 119. & Apost. li. 3. Giach. Alienare. Ias. in l. fin. num. 4. C. de emphyt. dicit, quod ex tali alienatione, aut diuisione non debeat laudemium, vel quinquagesima, & hanc dicit comunem. Gouean.

QVAESTIO XV.

S V M M A R I A.

Ex Claro.

- 1 Emphyteuta an possit ius suum alteri legare, vel donare.
- 2 Et quae in tali legato, vel donatione requirantur. Ex Additionibus.
- 3 Vtrum emphyteuta, domino non consentiente, ius suum donare possit.

- 2 Emphyteuta, inconsulto domino, ius suum alteri legare licet.
- 3 Cur emphyteuta, permittitur sit donatio, inscio domino; venditio non item.
- 4 Consideratur l. 3. vers. minime. C. de iur. emphyt.
- 5 Quatenus procedat regula, eidem vendendi ius esse, cui donandi.
- 6 Decurrit praedia sua sine iudicis decreto donare, non vero vendere potest.
- 7 Facilius homines indicuntur ad vendendum, quam donandum.
- 8 Mulierum genus auarissimum.

A D D I T I O N E S.

Legare.] Quod emphyteutis legetur irrequisito domino, vide per Corn. in consil. 166. col. 6. vol. 6. Idem vide Bald. consil. 160. queritur lib. 3. & Corn. consil. 84. vol. 2. Sed quid si emphyteutis morte non finirebatur, vide Rom. consil. 35. visa. Et an emphyteuta possit legare Ecclesiae certam pecuniam super emphyteusi, si in instrumento libelli sit pactum de non alienando? vide Rip. in l. filiusfamil. §. diui. nu. 90. ff. de leg. 1. Giach.

QVAEST. XV.



Varo, num. quid emphyteuta possit sine domini consensu ius suum

alteri legare, a vel donare? Resp. haec est satis trita quaestio, & in qua Doct. aliquando varie locuti sunt. Nam Bart. in d. l. si domus, §. fin. numero secundo, ff. de leg. 1. tenuit indistincte, quod non, tam in emphyteuta priuati, quam in emphyteuta Ecclesiae. Et dicit Angel. in d. l. fin. saepius allegata, C. de iure emphyt. ante numerum primum, quod istud obseruatur consuetudo. Contrariam autem sententiam, quod scilicet emphyteuta possit ius suum sine domini consensu alteri b donare, tenuit glos. in d. l. fin. in verbo, Alijs

fit irrequisito domino; tamen durat tantum ad vitam emphyteuta, imò ad vitam dotata, vide per Ruin. consil. 195. Giach. Alteri donare.] Emphyteutam ius suum nullo modo sine domini consensu donando transferre posse, post Irnerium, antiquum Glossatorem, & Bartolum hic allegatum, docue. unt Franci. Sarmientus lib. 3. sel. clar. interpret. c. 2. nu. 3. cum seqq. Fachineus li. 3. controuersiar. iur. c. 97. Sed contrariam sententiam comuniter Doctores amplexi sunt, Accursius in l. fin. in verb. alijs vendere. C. de iure emphyteut. ibique Corafius num. 9. & Ias. n. 54. & seqq. alijque, quos refert et sequitur hic Clarus noster. Quibus adijciendi sunt Atriel. Corbulus in tract. de iur. emphyt. c. 14. limitat. 13. Io. Borcholt. de feud. cap. 3. nu. 42. Donell. li. 9. Commentar. de iur. ciu. c. 14. Arumaeus Exercit. Iustin. 14. the. 14. Dn. Obrech. disput. 36. de iur. emphyteut. th. 106. & seqq. Dn. Bocer. class. 2. disput. 14. th. 67. litter. A. Matthias Stephani cent. 3. q. 83. ad litte. A. Vltorius in §. adeo 3. num. 19. Infit. de locat. & conduct. Quibus & ego non inuitus aditipulor, motus precipue l. 1. C. de fundis patrimonialib. vbi Costantinus Imp. rescripsit, quod emphyteuta sisci, siue Reip. ius suum citra iudicis voluntatem saluo canone alteri donare possit. Idem ergo & in priuata emphyteusi statuendum erit.

Et

Et ratio differentiae, cur emphyteuta sit permittitur donatio inscio, seu inscio domino, venditio non item, haec est: quia in venditione iudicio dominus de consensu interpellatur: vt, si velit, eodem pretio emere possit. l. 3. C. de iur. emphyteutico. At haec ratio in donatione cessat; quoniam donatio est gratuita, & beneuoli erga bene merentem affectus declaratio, quem non aequae, aut saltem per initionem, erga se, vt erga bene meritum, declarari dominus petit, cum istius affectionis certae, & speciales sint causae, nec domino cui donatario communes, argum. nec adiecit 9 ff. pro socio. Donellus Arumaeus, Corbulus, & alij locis praeg allegatis.

Huic assertioni non aduersatur d. l. 3. ver. minime licere, & c. C. de iure emphyteut. vbi diserte negatur, ius emphyteuticum absque consensu domini per emphyteutam transferri posse. Quod transferendi verbum etiam donationem includit: cum per eam proculdubio ius emphyteuticum in donatarium transferatur. Non, inquam, verficulus ille assertioni huic aduersatur. Nam ex sequentibus statim Iustinijs verbis apparet: ad translationem fundi, vel iuris emphyteutici, consensum domini non simpliciter, & praecise, sed haecenus desiderari, quod emphyteuta domino futuram mutationem, per venditionis titulum factam, rite denunciare debeat, vt ipse dominus eodem pretio meliorationes, & ius emphyteuticum emere valeat. At in quaestione proposita non de venditione, & pretio, cuius lex ista tantum meminit, sed de gratuito donationis titulo agitur.

Similiter non resistit vulgata iuris regula, quae dicitur: eidem vendendi ius esse, cui donandi. cuius 163. ff. de regul. iur. Ideoque sicut emphyteuta in consensu domino donare potest: ita etiam eundem vendere posse dicendum videbatur. Non, inquam haec regula resistit: quia neutiquam procedit, si donandi, & vend-

dummodo id faciat saluo iure Ecclesia, & in l. usufruct. ff. soluto matrimonio, prout illam refert Imol. ibid. numero sexto, licet reuera Bald. solummodo dicat, quod fuit opinio antiquorum. Hanc etiam esse communem opin. dicit Imol. in d. l. usufructu, num. 7. Florian. in d. cap. potuit, de locat. quem refert Imol. in eo cap. potuit. post num. 11. Paul. de Cast. in d. l. si domus, §. fin. num. 4. Ias. in d. l. fin. post num. 61. Grat. consil. 68. num. 7. libro primo. Ioan. Dilect. de arte testandi, lib. 6. caut. 46. num. 1. vbi dicit, quod opinio gloss. communiter a Doctoribus comprobatur. Quae opinio non solum in emphyteuta priuati locum habet, in quo illam esse communem affirmat Cardin. Florent. in d. cap. potuit. & post eum Cypolla, consilio civili 8. nu. 10. & quam comuniter tenere affirmat Ias. in d. l. fin. num. 71. circa fin. sed etiam in emphyteuta priuatis. Et ita tenere omnes Doctores, tam Legistas, quam Canonistas attestatur Cypolla in allegato consilio octauo num. 11. Quinimò etiam in emphyteuta Ecclesiae illam dicit esse magis communem. Socin. iun. consil. 120. num. 70. libro primo. Ias. in d. l. fin. post num. 72. licet Bart. vbiq. tenuerit absolute contrarium, quod scilicet emphyteuta ecclesiae proculdubio non possit ius suum donare, sine consensu Ecclesiae. Tenenda est ergo haec opinio, quod scilicet possit emphyteuta ius suum legare, vel donare, domino irrequisito, quam etiam magis communem simpliciter, & indistincte attestatur Alexan. consil. 589. num. 13. lib. 2. Corn. consil. 166. col. 7. in littera D. libro secundo. Berrrand. consil. 98. nu. 1. lib. 3. in 2. parte. Natta consil. 114. post num. 15. In specie autem, in emphyteusi concessa a priuato, ius attestatur Alexan. in l. si par omni, in principio paulo ante num. 16. ff. ad Treb. & in d. l. si domus, §. fin. num. 5. Ias. in d. l. si domus, §. fin. post num. 32. Et in emphyteusi concessa ab Ecclesia, vt possit ea non requisita donari, & legari, pariter di-

di diuersa appareat ratio, vt hic. Sic & decurio licet praedia sua sine decreto iudicis vendere veteretur: ea tamen donare non prohibetur. l. vltim. C. de praedijs decurion. sine decret. non alienan. Facilius ipsam ob causam Senatuf. consilium Velleianum obligatae mulieri succurrit, non, donanti. l. sed si ego. 4. §. final. ff. ad Senatuf. consilium Velleianum, quia mulier non facile donat, & mulierum genus est auarum, auctore Cicero libro primo de inuic. & auarissimum, tradente Accursio in l. Nefennius. 34. in verbo ex contrario. ff. de negot. gest. & in dicta l. 4. in gloss. vltim. ad Senatuf. consilium Velleianum, imò vice miraculi est, cum mulier donat, pronunciate Baldo, quem refert Tiraqueillus in legibus consubialibus, leg. 9. gloss. 1. par. 9. num. 43. & seq. vbi hac de re prolixius tractat. Cetera, huic sententiae, quae opponi solent, refutauit ad §. adeo 3. Infit. de locat. & conduct. num. 323. & sequentibus. Harpr.

Con-

Tertio, quod donetur, vel legetur res ipsa tanquam emphyteutica, non autem pleno iure, alias enim esset quodammodo velle priuare dominum iure suo, & ideo caderet emphyteuta à re emphyteutica. Quarto, quod priusquam transferat possessionem rei donatae in donatarium, requirat domini assensum, qui proculdubio tenetur illum praestare, modo donatarius sit habilis, & idoneus ad soluendum, & promittat ipsi domino soluere fictum emphyteuticum, & in hoc omnes concordant, vt dicit Iason in dicta l. fin. numero 68. Non enim debet donatarius, sine consensu domini apprehendere possessionem rei emphyteuticæ, prout tenent comuniter Doctores, & in hoc conueniunt, vt dicit Bertrandus consilio 61. numero secundo, libro secundo, in secunda parte, qui etiam consilio 124. numero primo, libro primo, in secunda parte, attestatur haec esse communem opinionem, secundum quam alias iudicatum fuit in Parlamento Delphin. vt refert Guido Pape decisio. ne quadragesima octaua. Præterea, & quinto, soluendum est etiam ipso domino directo laudemium pro noua inuestitura, vt dixi infra, quaestione vigesimatercia, versiculo Sed quæro, & quantum ad hoc, scilicet, vt dominus nouam inuestituram concedat, & assensum præbeat donationi, debet dominus expectari per duos menses, iuxta dispositionem dicti l. fin. & in hoc omnes concordant, vt ait Iason in dicta l. final. num. 68. in fin.

c Consuetudo.] Ad idē vide per Tiraquell. de re tract. munic. §. 14. gloss. 1. num. 34. Giach. Et hac omnia procedunt, ubi non subesset consuetudo quod res emphyteutica non posset donari, vel legari domino irrequisto, illa enim esset proculdubio obseruanda; & cerē vāde aqua est illa opinio, quod teneatur emphyteuta

volens donare, vel legare ius suum, requirere consensum domini, & volente domino illud acquirere pretio aestimando, quod ipse praefertur donatario, vel legatario, quam ego aliquando sustinui circulis. Tamen propter auctoritatem tenentium contrarium, forte durum esset in practica cōtra eos obtinere.

QVÆSTIO XVI.

SVMARIA.

Ex Claro.

- 1 Pater an possit filiis in re emphyteutica praediacare.
2 Et quid in emphyteusi accepta pro filiis, & heredibus.

ADDITIONES.

1 Mphyeutis ali- quando dicitur noua, aliquando dicitur anti- qua.] Quæ ¶ emphyteu- tis dicitur noua, & anti- qua: quæ item heredita- ria, & ex pacto, siue pro- uidentia, post Clarum hoc loco, & alios, abundē ex- plicat Aluarus Valafcus in tract. de iur. emphy. q. 42. & 43. Harprec.
b Quod potest pater in ea filiis praediacare.] An, & quatenus pater in emphyteusi filiis praediacare possit, post Clarum no- strum, & ab eo hic conge- stos, latissimē declarat Va- lafcus dicto tracta. de iur. emphyteut. quæstion. 49. numero 2. & sequentib. Harprec.

QVÆST. XVI.



Vcessiue quæro, nū- quid pater habens Fi- lios pos- sit in re emphyteutica illis praedi- care, disponendo, aut testan- do, aut vni ipsorum prele- gando? Respondeo hic arti- culus multum confusē à Scri- bentibus tractatur, propte- rea ad intelligentiam premit- tere debes, quod emphyteu- sis aliquando dicitur noua, aliquando antiqua. Noua est, quæ habet originem in persona ipsius Emphyteutæ, qui vult de ea disponere, quia scilicet ipse illam acquisiuit. Antiqua vero est, quæ habet originem ab alio ascendente,

prout in simili dixi de feudo infra, hoc eodem libro §. feudum, quæstione octaua. Item præmitte, quod aliqua est emphyteusis hereditaria, aliqua non hereditaria, & aliqua mixta, prout etiam in simili dictum est de feudo, in dicto §. feudum, quæstione nona. Emphyteusis hereditaria est illa, quam acquirens stipulatus est pro se, & heredibus quibuscumque, vel pro se, & quibus dederit, vel etiam pro se, & pro heredibus, si est accepta à priuato. In hoc enim differt emphyteusis priuati à feudo, quia cum emphyteusis accepta à priuato de sui natura transeat ad quoscumque hæ- redes, etiam extraneos, illa verba, pro se, & heredibus intelluntur etiam de extraneis, vt dixi infra quæstione vige- sima octaua, versicul. Tertius casus. Secus autem est in feudo. Nam cum feudum de sui natura non transeat in extraneos, illa verba verificantur solummodo in descendenti- bus heredibus, vt dixi in dicto §. feudum, quæstione oc- tuagesimatertia, versic. Sed quid si feudum. Quid autem in emphyteusi Ecclesiastica accepta pro se, & heredibus? Dixi in vers. Tertius est. Emphyteusis non hereditaria est, quam acquirens, stipulatus est pro se, & filiis, vel pro se, & descendenti- bus, vel huiusmodi, nulla facta mentione heredum; hæc enim transit ad ipsos filios, seu descendentes, etiam quod non sint hæredes, secundum opinionē, quam ego

3 Et quid in emphyteusi antiqua, seu paterna.

Ex Addit. onibus.

- 1 Quæ emphyteusis dicatur noua, & antiqua; quæ item heredi- taria, & ex prouidentia remissive.
2 An, & quatenus filiis in emphyteusi pater praediacare possit, remissive.

tenui infra, quæstione vige- sima septima, licet multi in emphy- theusi concessa à priuato teneant cōtrarium. Mixta est, quæ acquirens stipulatus est pro filiis, & heredibus, & sic in qua succedere non potest filius, nisi sit hæres, neque hæres, nisi sit filius, vel descendens, sed vtraque qualitas requiritur, vt dixi in d. q. 37. licet multi etiam teneant, quod in hac emphyteusi concessa pro filiis, & heredibus à priuato succedunt etiam extranei hæredes, quod mihi nunquam placuit.

His præmissis dico, quod aut queritur de emphyteusi noua, an possit pater in illa filiis suis praediacare: & tunc (si- quidem emphyteusis est hereditaria, scilicet acquisita pro se, & heredibus quibuscumque, vel pro se, & quibus dederit) omnes concludunt, quod potest pater in ea filiis prædi- care, neque vlla in hoc est apud Scribentes controuersia. Nam huiusmodi bona potius censentur tanquam libera, & allodialia, quam emphyteutica, vt in simili de feudo ita con- cesso dixi in d. §. feudum, quæstione nona. Aut verò loqui- mur in emphyteusi non hereditaria, & sic acquisita pro se, & filiis, & tunc variæ sunt opiniones inter Scribentes. Aliqui enim tenent, quod ex stipulatione patris sit ius quæ- situm filiis, ita vt non possit pater in ipsa emphyteusi illis praediacare. Et hanc opinionem dicit esse magis communem, Alex. consil. 106. numero octauo, & consilio 107. in princ. libro quarto, quem refert Ruin. consilio quadragesimo tertio, numero quarto, libro primo, & consilio 48. post numero 8. eodem volumine, & consilio 154. numero quarto, eodē volumine, & consilio 213. numero quarto, eodem volumine, & Ia. in l. 2. numero 209. c. de iure emphyteu. licet corrup- tē alleget. Refert etiam, & sequitur Dec. consilio 239. numero sexto, quem (vt arbitrator) allegare voluit Gratus consilio primo, post num. 5. libro primo. Hanc etiam dicit esse communem Apostill. ad Alexan. consilio octauo, sub nu- mero decimo quinto, libro tertio vbi multa congerit Gratus consilio duodecimo, numero nono, libro primo, & consilio 132. numero quarto, eodem volumine. Bertrand. consilio 328. numero tertio, libro secundo, in secunda parte, quem refert Apostill. & Alciat. de præsumpt. in prima regula, præ- sumpt. 51. num. 3. Eandem sententiam vti communem sequi- tur Didac. lib. 2. resolut. cap. 18. num. 2. Cassan. consilio 53. num. 59. Apostill. ad Rimin. consil. 437. sub numero secundo. Rubens in l. Gallus, §. quidam rellē, num. 186. & se- quenti. Contrariam autem sententiam plerique etiam tenent, quod scilicet possit pater in huiusmodi emphyteu- si filiis suis praediacare. Ipse enim pater stipulando pro se & filiis, censetur stipulatus ordine successiuo, scilicet pri- mo sibi deinde post mortem suam filiis. Cuius ergo non videatur filiis ius aliquod quæsitum, nisi post ipsius patris mortem

c Aut est simpliciter, & absolute hereditaria.] Adde ad idem, atque vide Rimin. iun. in consilio 394. nu. 31. 32. cum mul- tis alijs seq. Giach.

mortem, merito posse debet de ipsa emphyteusi ad libitum suum disponere. Et hanc sen- tentiam dicit magis commu- niter teneri idem Alexand. si- bi contrarius consil. 124. nu. 8.

lib. 5. quem refert, & sequi videtur Gozad. consil. 25. nu. 18. Hanc etiam dicit esse communem idem Alex. in l. apud In- lianum, §. si quis alicui, potest nu. 4. ff. de leg. 1. quem refert, & sequitur Soc. consil. 127. nu. 10. lib. 3. & Tiraq. de retract. muncip. §. 11. gl. 6. nu. 26. Hanc etiam dicit esse communem Ia. consil. 213. num. 4. lib. 2. Et re vera hæc opin. mihi semper magis placuit, vt scilicet illud, quod ego acquirō, possim etiam meo iure alienare. Et si in feudo nouo acquisito pro se, & filiis potest pater de eo ad libitum suum disponere, in præiudicium filiorum, modo domini consensu accedat, secū- dum opinionem, quam ego tenui in d. §. feudum, q. 41. vers. Et hæc quidem, multo magis idem dicendum est in emphy- teusi, quæ proculdubio facilius potest alienari, quam feudum, Bene verum est, quod si in inuestitura, siue concessione emphyteutica, esset proprio nomine nominatus aliquis ex filiis, vel aliter apparere posset, quod emphyteusis esset con- cessa, non solum in iur. recipientis, sed etiam contemplatio- ne filiorum; eo casu vtiq. transirem cum alia opinione, quod non posset de ea pater in ipsorum præiudicium dispo- nere, quæ multis auctoritatibus fouetur.

2 Sed quid si sit emphyteusis mixta, puta quia, accepta sit pro filiis, & heredibus? Resp. si teneamus opin. quæ ego teneo quod scilicet etiam si sit acquisita pro se, & filiis sim- pliciter, possit tamē acquirere de ea libere disponere, multo magis tenendū erit hoc casu, quod etiā in hac emphyteusi, quæ partim est hereditaria, possit filiis praediacare. Sed cer- te etiam si in ea, quæ non est aliquo modo hereditaria teneamus contrariam sententiam, quod non possit de ea pater ac- quirere disponere, adhuc tamen in hac specie teneandum est,

quod possit. cum enim hoc casu appareat, quod pater nō sim- pliciter stipulatus est filiis, vt filijs, sed etiam vt heredibus, poterit pater de ipsa emphyteusi ad sui libitum disponere, neque poterit filius heres illam reuocare, nisi secundum ali- quos adiret paternam hereditatem cum beneficio legis, & inuentarij: quo casu vtiq. admitteretur ad reuocandum, vbi penes eum non remaneret tantum, quantum valeret ipsa emphyteusis. Ego tamē absolute teneo, & sēper tenui, quod pater acquirens emphyteusim siue pro se, & filiis, siue pro se filiis, & heredibus, siue alio quocumque modo concepta sit concessio, potest de ea libere disponere, vt superius dixi.

3 Et hæc quidem omnia locum habent in emphyteusi noua. Si vero loquimur in emphyteusi antiqua, seu paterna, tunc distingue, quod aut est simpliciter hereditaria, puta, quia accepta pro se, & heredibus, vel pro se, & heredibus quibus- cumque, vel pro se, & quibus dederit, vel huiusmodi, & tunc, vt supra dixi, ex quo talia bona iudicantur potius tanquā libera, quam tanquā emphyteutica, nemo dubitat, quin pos- sit emphyteuta, domini accedente consensu, in quemcumque de eis disponere. Aut est simpliciter, & absolute, non he- reditaria, puta, quia concessa pro se, & filiis, & tunc, cū sit filiis descendenti- bus ius quæsitum ex beneficio primi acqui- rentis, & sic virtute primæ inuestituræ, non potest emphy- teuta eis in aliquo præiudicare, neque hoc casu reperitur, quod aliquis contrarium teneat, vt dicit Alexan. consil. 106. num. 8. lib. 4. Hoc etiam dicit esse indubitatum Gratus consil. 22. num. 9. lib. 1. Aut est mixta, scilicet concessa pro fi- liis, & heredibus, & tunc breuiter ego teneo in emphyteusi illud, quod tenui in feudo huius qualitatis, in d. §. Feudum, q. 42. in fin. Vide etiam in hoc proposito ea, quæ dixi infra, q. 37. & nunc pendet hæc quæstio de facto.

Hæc autem omnia intellige, vt procedant quantum ad præiudicium filiorum, sed quantum ad præiudicium domi- ni, reuocandum est ad ea, quæ dixi supra quæstione 12. & sequenti.

QVÆSTIO XVII.

SVMARIA.

Ex Claro.

- 1 Emphyteuta an possit sine consensu domini rem emphyteuti- cam permutare.

Ex Additionibus.

- 1 Ecquid emphyteuta sine consensu domini, rem emphyteuticam permutare liceat.
2 permutacionis causa.
3 Quatenus permutatio sit similis venditionis, & verbo emptio- nis contineatur.

ADDITIONES.

1 Permutare.] Adde, atque fufius vide per Menoch. in consil. 287. in 2. dub. volum. 3. & per Tiraquel. tractat. ino de retract. municip. l. §. 30. gloss. 1. Giach.

1 Permutare.] ¶ Quod emphyteuta sine consensu domini ē emphyteuticā titula permutacionis in alium transferre haud pos- sit, respondit Speculator in tit. de emphyteusi, qest. 121. nu. 147. Angelus in l. emphyteuta sine consensu domini a permutare? Resp. inter voca- cum hi. 8. §. si cui non. 24. ff. de transactionib. & Sarmientus lib. 3. selectar. interpretat. c. 2. nn. 20. Verum contrariam affirmantem sententiam, præter Clarum nostrum, & multos alios, hrobarunt Iafon in l. fin. nu. 101. c. de iur. emphyteut. Tiberius Decianus respons. 55. nu. 61. vol. 3. Tiraq. de retract. lignag. §. 30. gloss. 1. num. 34. Guid. Pap. decis. 92. Hieron. Gabriel. consil. 84. nu. 3. & Corbulus in tract. de iur. emphyteut. cap. 14. limirat. 12. Eiusque ratio ferē est eadem, quæ est in donatione, quæ inficis, & inconsulto domi- no fieri, posse ostēsū est supra ad q. 15. n. 2. et seq. Plerūq. tenim Iul. Clar. Sentent. Pract. Ciuil.

permutat emphyteuta propter effectiōnem, quam habet ad rē, quam ex permutacione consequi intendit, ob viciniratē forte, vel commoditatē, alias non permutaturus, si non posset illā rem assequi. Non igitur citra iniuriam emphyteutæ, aliam rem offerendo, permutacionem hanc dominus impedire conabitur.

Et sane dominus vix idē peastar e pot, quod offert is, cū quo permutatio in- stituitur. Aut enim nō ha- bet casdē res, aut nō eodē loco sitas, aut nō tā cōm- das emphyteute, quā alter habet. D. Obrecht. dispu- 36. de iur. emphyt. th. 191.

3 Nec ¶ obstat l. sciendum 9 §. deinde 5 ff. de adil. edict. l. fin. ff. quib. ex causis possell. eat. & l. statuti liberi 29. ante finem. ff. de statuti liberi. quibus in legibus dicitur, permutacionem, esse similem venditioni, verboque emptionis omnem alie- nationem contineri. Cum itaq. venditio fundi emphyteutici prohibita sit: efficitur inde, permutacionem etiam eius censeri interdicitam. Hoc c, inquam, non obstat: quandoquidem permutatio venditioni similis est, & verbo emptiois compren- ditur; non vtiq. ratione proprietatis vocabuli, sed ratione mentis